105

Zempice Donatio.

Coram offo et Actis pntibus Castren. Capitan. Branscen. plis comparens Nobilis Matias olim Joannis Kopiatowski de Zempice Starawies his Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Valentino olim Felicis Zempicky desuper idem heredi et suis posteris Bonorum suorum immobilium in hereditate Zempicze Starawies sitas in primo campo za lizem duos sulcos incipiens a via Stegnowa ad granicem Radziszewska tendens inter metas Nobilis Jacobi Zempicky et eiusdem Valentini iacens. Item in alio campo duos sulcos incipiens ab Stegna ad Smug tendens inter metas eorundem iacens. Item in Tertio campo duos cum medio sulcos incipiens a krzewie ad granicem Wrocowska tendens inter metas eiusdem recognoscens et suis Valentini iacens cum pratis Sylvis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinens et pertinens Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione Nobilem et Nobilis suis officiose acceptanda dat et admittit submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum donatarium suum eius posteros ovendo Commissionem ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum spiritualium et secularium per Omnes Commissiones Omnes toties quoties opus et Necesse fuerit tueri defendere evincere Usus per se et per submissas personas Non invicare sub Damnis Omnibus simpliciter taxatis et edicendis. Et Coram officio Castren. Drohicien. in primo Castrensi Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remediis et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Nobilis abscribendo et abrenunciando.

Wyszkowska Quietatio.

Coram officio et Actis pntibus Castren. Capitan. Branscen. plis comparens Nobilis Marianna filia olim Nicolai Wyszkowski consors Nobilis Joannis Falkowski cum eisdem Mariti sui Nobilis tutoris coniugalis personali assistentia et consensu [illegible] Sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Anna Wyszkowska soror germana relicta primi olim Nobilis Joannis Popczewski secundi vero consors Nobilis Mathiae Wrzyna summam Octuaginta Quinque florenorum Polon. iuxta concordiam Divisionis inter se factam ex summa Trecentorum florenorum Polon. quam in Vim dotis de bonis paternis et primis Mariti sui acceperat in Vim computationis advenientam exsolverit perfecerit ideo ob satisfactionem quietat et conditionem eiusdem Divisionis cassat perpetuis temporibus Ata sua personali recognitione in Commissionis mediante.

Zaliwska Mszczichy Obligatio.

Coram officio et Actis pntibus Castren. Capitan. Branscen. plis comparens Generosus Christophorus Sutkowski olim Generosi Lucae Sutkowski filius in Mszczichy his Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit.